Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25999
Copyright: Admont, Benediktinerstift

corde creditur ad iustitiam. ita & ore confessio fit ad salutem. Annuntia omnia que tu uides domui isti. Quanus annuntiatio hec nec interim, prepe & re clausa esse debeat. qua uidelicet domui isti nec si nudo sermone annuntiet. ea portare neq; uult neq; potest. tamen annuntia que uides tu. ni tamen presenti. immo ni tam presenti quam ei que futura est. nam carnali. quam spiritali domui isti. Primum tibi ipsi iam ne in presentiarum qd hoelicet abscondituri confessionis aurum contuleris in thesauros ueritatis. deinde pdere & fuge domum isti uidenti & cognoscenti ex parte. & nichilominus ueneratur quod uidere aut cognoscere nipotest. donec ueniente eo qd pfectum

v

est euacuatur qd ex parte est. v

Ecce murus forinsecus in circuitu domus undiq; & in manu uiri calamus mensure sex cubitorum & palmo. Et mensus est latitudinem edificii calamo uno. altitudinem quoq; calamo uno. Notandum in primis. quod cum utrumq; scilicet & funiculus lineus & calamus mensure in manu uiri sit. de funiculo taceatur: nichilq; eum illo demonstratur. & totum in oculis ipsius cum calamo mensure agitur. Cur hoc? Videlicet quia ni ad hoc ipsa uel quisquam alius adducitur ut discat qualiter mundi fabricam fecerit ds. quod architectonicum funiculum intelligit. sed ad hoc tantum uidetur quod loquatur inde scriptura que ycalamum exprimit. & credat quia secundum testimonium ei puerbum suum celum & terram & omnia que in eis sunt fecit unus & solus ds. puerbum inquam suum qd & caro factum est. cui inquit eugusta glam uidimus. Quis autem calamus iste in manu uiri. nisi ille de quo pater in dauid. lingua mea inquit calamus scribe uelocis scribentis. Quis inquam est calamus iste mensure sex cubitorum & palmo. nisi septiformis gratie spiritus sancti. Et enim calamus hui cubitus unus timor. cubitus unus pietas. cubitus unus scientia. cubitus unus fortitudo. cubitus unus consilium. cubitus unus intellectus. palmus autem sapientia est. Siquidem certa septem palmum operum quedam arma uel instrumenta sunt. sapientia o quiescentium merces. que in illa uita permanens. feliciter palmum adimplet. Igitur murus forinsecus in circuitu domus. undiq; & in manu uiri calamus mensure. quia uidelicet ante quam uir iste calamus id est spiritus sancti mensuras ipsius suis manu sua distribueret. latebat omnes homines quid insecreta atq; ineffabili domo apud dm esset. s; & nec nichil ultra scire possunt. nisi qd pmittem & ys illorum calamo suo id est spiritus sancti disserere dignatus est. Et mensus est inq; latitudinem edificii calamo uno. altitudinem quoq; calamo uno. Latitudo edificii sensus scripture est litteralis. altitudo autem sensus est eiusdem